




UNIVERSITÉ DE PARIS

DISCOURS ET VERS

BIBLIOTHÈQUE
DE
L'UNIVERSITÉ





UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE
13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sib11

SU

Cote

U 59-2 in-4

1153802526




Table


des ouvrages


Contenus dans ce volume.

1° Carvet (Guillelmus)	Sanguineus D. G. de Lamoignon de Imperatoria quidem in principem denatus Galliarum promotione. 11 Jan. 1683.
2° Bersan (M. A.)	Sereniss. principi Eurenno, Epitaphium.
3° Cavernier. (N)	Oratio funebus, habita 13 8 ^e 1683 cum Academ. dar. in aede R. N. Ch. Reginae Mariae Theresiae, austriacae.
4° Fencardent.	Eloge du Roi en vers français 1689.
5° Rollin (Car.)	ad ill. Vir. F. M. Le Cellier, marchio de Louvois, cum ejus filius C. de Louvois, Carmen.
6° Bosquillon.	A. M. le M. de Louvois à l'occasion d'un exercice public fait sur les Idylles de Theocrite par M. l'abbé de Louvois. Imitation du latin de Ch. Rollin.
7° Rollin (Car.)	M. abb. C. Le Cellier de Louvois, cum theses philosoph. in colleg. Nazarii tueretur. an. 1692. 9 Cal. 7bris Carmen.
8° Bosquillon	A. M. l'abbé de Louvois, sur la thèse qu'il dedie au Roi. Imitation des Vers latins de Ch. Rollin.
9° Billel (Petrus)	Sophia ad Artes et artes ad Sophiam. Quum C. L. Colbert de Seignelai theses de universa philosophia tueretur in doct. Senae. Calend. Aug. an. 1705. Ode
10° Guerin (Fr.)	Musam historiae praesidem. cum C. Coffin. L. Ode. 27 8bris 1710.
11°	Joas, tragedia, pour être représentée au collège d'Harcourt. (Imitation d'Alhalie de Racine)
12° Marin (Lud.)	Ad Joannem Boerinum. Epistola de Festivo. Carmen.
13° Guerin (Fr.)	Carmen, cum... Ludovico XV gratularetur publica oratione Crevier. (F. B. L.)
14° Doree (Car.)	Theatrum sit ne, vel esse possit schola informandis moribus idonea Oratio, habita die 13 martii 1733 in Reg. L. Magni Coll. d. F.
15° Marin (L.)	Regi ob restitutam Valetudinem Ode
16° Les Beuv (Ch)	In restitutam regi Valetudinem. Oratio gratulatoria habita 3. Xbris 1744.
17° Vanvilliers (F)	Ludovico, victori moderato, Oratio habita 4 nonas Octob. 1745.
18° Le Beau (Ch)	De pace, oratio gratulatoria. habita die 27 feb. an. 1746.

- 19 Le Beau (Ch) De pace. Oratio gratulatoria habita an. 1763.
- 20 Louvel (Nic) De legum et litterarum conjunctione oratio, habita an. 1763.
- 21 Noël Ode sur la naissance de M^{le} le Dauphin.
- 22 Marin. Gamad. Epître aux français, sur la naissance du Dauphin.
- 23 Fresnois (J.B) In ortum sereniss. Delyphini somnium.
- 24 Hanquet In ortum serenissimi Delyphini Ode.
- 25 Richard (N.) Vers sur la naissance, de M^{le} le Dauphin adressés à la reine.
- 26 Sélis. Le prince désiré - conte de fées - présenté à la reine à l'occasion de la naissance du Dauphin.
27. Chivod (M.A.F) Oratio in recentem ortum S. D. habita nomine Univers. in exter. Sorbonae Scholis. 7 Januarii 1782.
- 28 Riquier. (J.F.) Ad Reginam infelicissimum S. Delyphini ortum. Carmen.
- 29 Ode sur la naissance de M^{re} le Dauphin par un étudiant de 19 ans.
30. In ortum sereniss. Delyphini Carmen.
31. Pour la distribution solennelle des prix du collège de Chalons. Exercices franç. pour le 26 Août 1766.
32. Exercice pour la distribution des prix par les écoliers de seconde du collège de Chalons. 24 Août 1768.







SOPHIA AD ARTES



*Quum Nobilissimus Adolefcens CAROLUS-LEONOR-
RIUS COLBERT DE SEIGNELAI Theses de
universâ Philosophiâ tueretur IN SORBONÆ-
PLESSÆO, Calendis Augusti an. MDCCV.*

O D E.

(Petrus Billet auctor.)



UNC, ô Sorores, laude suâ decet
Ornare Magni progeniem Viri,
Authore quo nuper, decorum
E tenebris caput extulistis.

Vos è remotis blandiùs excitas
Mercede pulchrâ finibus evocat

COLBERTUS, & Regum superbas
Pro laribus dat habere sedes;
A

Parisiis.

1705.

Quo provocatas munere, protinùs
 Infueta tentare exstimulat novus
 Ardor. Quod Electro, quod Auro,
 Marmore quod docili magistra

Ars ausa quondam grandius aggredi,
 Miratur id vos ludere Gallia;
 Quin & per Astrorum meatus,
 Perque maris volitastis undas.

Per vos stupendæ nubibus arduis
 Minantur arces: Machina ahenea
 Per vos fragorem, fulminisque
 Terrificos imitatur ignes.

Passim officinæ pensa trahentium,
 Labore fervent non imitabili;
 Hîc lana mentiri colores
 Innumeros medicata discit.

Hîc tela docto pectine curritur;
 Illic superbos fingit acus viros,
 Spirante ludens in tapete;
 Hic Italo variat perita

Bombyce vestes artificis manus:
 Levi indè flatu quamlibet in vitri
 Arena mutatur figuram,
 Perpetuis liquefacta flammis.

3

Hac arte toto mollis inertia
Depulsa Regno cesserat : ipsaque
 Labore prædives suorum
 Gallia, opes locuplete cornu

Fundebat, externæ haud opis indiga.
Per vos, Sorores, Regna tamen suis
 Externa certavêre Francam
 Divitiis cumulare Gentem.

Sic nota Gallo mittit America,
Divesque gazas India : mercibus
 Hinc indè mutandis Eoæ
 Occiduis fociantur undæ.

Se fabulosis usque laboribus
Impunè mendax Græcia jactitet,
 Astrisque moles invidendas
 Efferat ambitiosa Memphis.

Nuper secari quæ sua senserat
Tellus aratro terga, stupens modo
 Miratur insuetum per æquor
 Velivolas fluitare puppes.

Videtis, ut per culmina penfiles
Undæ docentur scandere montium;
 Ataxque Garumnæ maritat,
 Vel Pelago renuente fluctus.

Vos & vicissim, queis studium rudi
 De mole vultus ducere vividos,
 Augusta COLBERTO jubente,
 Exprimitis LODOICIS ora.


Omni in metallo splendidus aspici,
 Vivoque spirat marmore LUDOVIX,
 Herois hinc auro renidet,
 Hinc memori viget ære vultus;

At voce mentes vincere pertinax,
 O Suada, vos & carmina clariùs
 Mansura venturos in annos,

Erigitis monumenta, quæ nec
 Furens procellæ diruet impetus,
 Injurious nec fuga temporis.

Sed tempus instat; docta bella
 Dum juvenis mea cura pugnat,

Huc, ô Sorores; & memores Avo
 Quæ debeatis munera, plaudite
 Charo Nepoti, debitâque
 Fronde caput decorate lauri.



ARTES AD SOPHIAM.

Quum Nobilissimus Adolefcens CAROLUS-LEONORIUS COLBERT DE SEIGNELAI Theses de universâ Philosophiâ tueretur IN SORBONÆ-PLESSÆO, *Calendis Augusti an. M DCCCV.*

O D E.



SECUNDA veri mater, & Artium
Regina: quantis incita plausibus
Arcana naturæ, inviosque
Auspice te penetrat recessus

Illa, illa magni progenies Viri,
Qui nos iniqui nocte silentii

Situque longo vindicatas

Luce frui meliore jussit!

Et te fovebat munificus sinu ;
Tuisque fretus consiliis , fui
Securus , impendebat Urbi
Pervigil , Imperioque curas.

Usque allaborans , te duce , publicas
Res ordinabat , non decori minùs
Servire Regis , quàm salutis
Providus invigilare plebis.

Quamvis sub altâ pœnè fatisceret
Tumultuosi mole negotii ,
Tamen pudicas inter ædes
Assiduus Pater ipse Natos ;
Dictis & exemplo insinuans novum
Pulchræ docebat laudis iter sequi ,
Virtute nil majus vigere ,
Flagitio nihil esse pejus.

Hinc Filiarum nobilis indoles
Exulta priscis moribus eminet ,
Nec aura fortunæ insolenti
Dedecorat benè nata fastu :

Sed in supremis lucet honoribus ,
Decusque longè fœmineum suprâ
Modesta virtus blandientis
Illecebras micat inter Aulæ.

Spectanda Natorum indè phalanx ruit
 Quò quemque laudum, quò Patriæ rapit
 Ardor. Sed heu ! terror Sicambri ;
 (Proh miseri fera fata belli !)

Terror Sicambri, tutor & Urbium
 BLAINVILLUS, altâ mole cadaverum,
 Quæ sternit, oppressus... Quid, eheu !
 Triste juvat refricare vulnus ?

Amica nobis incolumem diu,
 Amica servant sidera Præsulem,
 Quem non verendi sic honores,
 Ut boni amor, pietasque clarant.

Huic olim honestis artibus, ô Soror,
 Purâque mentem luce scientiæ,
 Rectisque pectus hospitale
 Moribus instituisse gaudes.

Fœcunda quò nos prole Virûm domus
 Rapit stupentes ? SENNELEUM nefas
 Silere, prudentemque belli
 Consiliis, pariterque pacis.

Ut jussa Regis fervidus exequi !
 Quantum sub illo gloria se tulit
 Navalis ! Anglus jam fremebat
 Artibus ipse suis jacere ;

Ipsa, ipsa tali sub maris arbitro
 Deducta fastum Hollandia patrum
 Frendebat indignata Gallos
 Æquoris imperio potiri.

Hunc & juventæ flore metit quoque
 Mors dira ! factorum heu miseræ vices !
 Vix è tot Heroum feraci
 Stirpe, tibi superare quemquam !

Sed quò querelæ ? digna parentibus
 Proles superstat, Patris, Avi memor
 Pro Rege totum, Patriâque
 Fundere non metuens cruorem.

Ah bella, Nati, cautiùs ah tamen
 Cruenta, Nati, bella laceffite ;
 Ultrâque præscriptum cavete,
 Ne rapiat juvenilis ardor.

At tu Periclis hunc pugilem, Soror,
 Belli remotum grata fove sinu ;
 Huic usque vultum comitasque,
 Ingenuusque pudor ferenet.

Si fortè quondam prælia juverint,
 Perenne bellum cum vitiis gerat,
 Ut fraudis ultor, veritatis
 Sic rigidus, docilisque custos.

PETRUS BILLET, in Sorbonæ
 Plessæo Rhetoricæ Professor.

